



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Salisburij vehemens & inepta oratio. n. 27.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

1606.
Salisbury
vehemens
& inepta
oratio.

XXVII. Excanduit ad ista Salisburius, & feruentiori influrgens oratione. "Non est, inquit, Garnette quod testes infirmes, si tecum uno teste, aut non omnino recto agere vellemus, possemus in te faediora coijcere: Veruntamen id non fieri, ut ubique terrarum omnes intelligent quantam cum integritate, quantam cum lenitate & clementia iustitiam administramus: Ideoq; Serenissimus Rex statuit ut in hoc nobili confessu tua caula ageretur. Quis est enim *Garnettus*, ut in hunc locum dicturus vocaretur, & tot præclaris viris molestus esset. Audeo dicere summum Romæ Cardinalem, si caulam agere cogeretur, nobilioribus non vñrum. Non tuâ caulâ, *Garnette*, huc vocari, sed ut tuum facinus, & Religionis tuæ fædi errores in lucem producantur, & Majestatis suæ clementia orbi vniuerlo fiat manifesta. Regis in manibus tua posita est vita; hanc tibi auferre multas posset ob caulas; Ut vero iustitia constet, & mendacium seu obtrectatorum obturetur os, voluit hoc loco, contam cœtu tam honorifico te explorare; quâ de re tam gloriari nobis licet quam si maximus Cardinalis causam pro Tribunal ageret. Testem proferimus cuius existimatio sanctissima est, qui pro toto mundo tibi non inferret iniuriam: Ex vicino satis vestra exceptit colloquia; prudentiaeque nostræ fuit, ut tu & Oldcornus tam commodè collocaremini ut possetis audire, & audiri. Prudentia quam politicam dicunt, modò Christiana sit, non est à Republica bene instituta reiencia. Nisi hac via insisteremus, haud sanè scio qua ratione vobis agendum esset: Vestris enim libellis de crudelitate infamamur, & de grauissimis persecutionibus, vnde non leuis est à vobis noster metus. (Palpari igitur vos necesse est & foueri à nobis ut à nutricibus paruuli, ne si morbo aut morte corripiamini fama volet veneno vos esse sublatos; ut de quodam vestro nunc est rumor equulei nimis effrænata vi esse disceptum, cum is præ desperatione sibi ipsi mortem consciuerit.) Non existimauit *Garnettus* huic inuestigia quidquam reponendum: Palam enim in omnium oculis erat ex turbulento animi motu ea dici incongruè. Quis enim ignorare poterat quam acerbè tractentur ijs quos scemel præhenderint Sacerdotes? Non ut nutrices paruulos, sed ut nouerae priuignos quos pessimè oderunt. Is quem Salisburius manus sibi intulisse affirmabat, *Ioannes Odoeni*, (ab exiguo corpore dictus *parvus Ioannes*) cum *Garnetto* captus & in Arcem delatus, secundò subditus equuleo, cum herniâ laboraret, non fuit par cruciatui, sed ruptis visceribus abductus ad lectum non diu superfuit: Sparlus est sermo quod sua manu interiisset; id tortor ipse negavit, fidem præterea faciens vix se in quoquam vidisse maiorem in tormentis constantiam: Præterquam quod non est, more desperantium & sibiipsis necem inferentium per agros aut viâ Regiâ terræ mandatus adacto in viscera stipite, sed in ipsa arce sepultus.

De notitia
in Sacra-
mento ac-
cepta.

XXVIII. Salisburium perorantem exceptit Procurator Regius, & *Garnetto* Confessionem propriam obiecit, cum *Tesmundo* aures daret; cumq; *Garnettus* agnolceret se id in Sacramento cognouisse, eâ tameū lege ut Sacramento sua vis maneret, nisi aliunde innotolceret; tum vero, si in manus incideret, (ne quæstione